



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Co[n]ciliu[m] Carthagi. secundu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Concilium secundum Carthaginense. Fo. LXXVII.

Euangelicā traditionē contra pacē placitā. Nam si sibi posse cōtingere arbitrarent nūq̄ pfe-
cto in frēm aliquis deliquisset, vñ aut in initam pacti sui obtineat firmitatē, aut conuentus si se nō
cohibuerit Ecclesiasticam sentiat disciplinam, vniuersi dixerunt pax seruet, pacta custodiant.

XIII. ¶ Abundātius ep̄s Adumetinus dixit, in nostro Concilio statutū est, vt non liceat cle-
ricis fœnerare quod sanctitati tuæ, & huic Concilio videatur præ senti placito designet. **A**
Gratus ep̄s dixit, nouellæ suggestiones quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latēt in spectā à no-
bis formam accipiēt. Cæterę de q̄bus aptissime diuina scriptura sanxit non differēda sn̄a est,
sed potius exequenda, p̄inde quod in laicis resp̄hendit, id multo magis clericis oportet p̄dāna-
ri, vniuersi dixerunt, nemo contra p̄phetas, nemo contra euangelia facit sine periculo.

XIII. ¶ Gratus ep̄s dixit, iuxta statuta concilij & meę mediocritatis sn̄iam, placet facere rez̄ **B**
oim conclusionē, vniuersi tituli designati & digesti teneant sn̄as suas. Sanē credo vos retine-
re multis Concilijs à patribus nostris, & traditionē temerariam eē damnatā, & rebaptizatio-
nis impietatē esse puniēdam, quas res etiam nostro Concilio credo iam terminū accepisse, re-
liqua vero quæ vel facta vel dicta sup̄ius comprehensa sunt, vel alijs Concilijs conscripta quę se-
cundū legē inueniunt custodire nos oportet. Si q̄s vero statuta sup̄gressus corruperit vel p̄ ni-
hilo habēda putauerit, si laicus est, cōmunionē, si clericus est, honore priuet, vniuersi dixerunt
placet, placet. Gratus ep̄s dixit, supest iam vt placita oim nostrorū quę ad consensum vestrū
sunt scripta, vestra quoq̄ subscriptōe firmetis, vniuersi dixerūt & consensisse nos Concilij hu-
ius scripta testant, & subscriptōe nostra consensus declarabit noster & subscripserunt.

Incipiunt capitula concilij carthaginēsis secūdi

- ¶ Vt trinitas & credatur, & prædicetur. 1
- ¶ Vt castitas à leuitis, & à sacerdotibus custodiatur. 2
- ¶ Vt chryisma & benedictio puellarū, & reconciliatio pœnitentium à p̄sbyteris non fiant. 3
- ¶ Vt presbyter pœnitentem iussus ab ep̄scopo suo reconciliet. 4
- ¶ Vt diocēsis quæ ep̄scopum nunquā habuit, non habeat. 5
- ¶ Vt qui criminibus implicati sunt, clericos non accusent. 6
- ¶ Vt qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur. 7
- ¶ Vt si presbyter excommunicatus sacrificare præsumserit, anathematizetur. 8
- ¶ Vt si presbyter inconsulto ep̄scopo agenda celebrauerit, honore priuetur. 9
- ¶ Quanti debeant iudicare sacerdotem atque leuitem. 10
- ¶ Vt nullus parrochiam alienam præsumat. 11
- ¶ Vt sine consensu metropolitani nullus ordinetur ep̄scopus. 12
- ¶ Vt qui contra professionem, & subscriptionem suam venerit in Concilio deponatur. 15

Incipit concilium secundum Carthaginense: ha- bitum Era, CCCC. XXVIII.

Gloriosissimo imperatore Valētiniano Augusto quarto, & Theodosio viris cla-
rissimis consulibus. XIII. Calē. Iunij Carthagine in Basilica perpetua restituta
cum Genedius ep̄s vnā cum victore Adriano, & alio victore Pupinianēse & cæ-
teris coep̄s suis puinciaꝝ diuersarū confedisset, Genedius ep̄s dixit.

¶ Capitulum Primum.
¶ Omnipotenti deo gratias refero, qui p̄misit vt secundū commune consiliū habitū in p̄torio **D**
etiam ita iuxta tenore petitōis literarū mearū ad Carthaginē, p̄ fide atq̄ vtilitate Ecclesiastica
veniretis, licet non oēs tamē quoniam charitas totum psuadet, vt qui corpore sunt absentes,
nobiscū in sp̄u videant esse coniuncti, idcirco deo pp̄itio, quia præsentis estis pari p̄fessione
fides Ecclesiastica quæ p̄ nos tradit in hoc cœtu glorioso primitus confitenda est, vnde nunc
ordo Ecclesiasticus singulorū ex consensu omnium est extruendus atq̄ roborandus, vt fratrū
& coep̄orū nup̄ p̄motos mētēs de his quæ p̄ponēda sunt, roborent. Et sicut à patribus certa
dispositōe accepimus vt trinitatē quā in nr̄is sinibus consecratā retinemus patris & filij & sp̄s
sancti vnitatē, quæ nullam noscūt h̄re notitiam sicut didicimus, dei populos istruamus, ab vni-
uersis ep̄s dictum est, planē sic accepimus, sic tenemus fidē Apostolicam sequentes.

II. ¶ Aurelius ep̄s dixit, cum in præterito consilio de continētē & castitatis moderamine **E**
tractaret, gradus isti tres conscriptione quadam castitatis p̄ consecratōes annexi sunt. Ep̄os
inquā p̄bros & diaconos ita placuit, vt concedet sacrosanctos antistites & dei sacerdotes, nec-
non & leuitas, vel qui sacramētis diuinis inseruiunt continētes eē in oibus quo possint simpli-
citer quod à deo postulant impetrare, vt qđ Apli docuerūt & ipsa seruauit antiq̄tas, nosq̄ cu-
stodia

Concilium Carthaginense secundum.

- studiamus, ab vniuersis ep̄is dictum est. Omnibus placet, vt ep̄i, presbyteri, & diaconi, vel qui sacramenta contrectant pudicitia custodes etiam ab vxoribus se abstineant, ab omnibus dictum est, placet, & vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt.
- F III** ¶ Fortunatus ep̄us dixit, si iubet sanctitas vestra suggero, nam memini pr̄terito Concilio fuisse statum, vt chrysmā, vel reconciliatio p̄nitētium, nec nō puellaz consecratio à psbyteris non fiant, si qs aut emerferit hoc faciēs quid de eo statuēdum sit? Aurelius ep̄us dixit, audiuit dignatio vestra suggestionem fratris & coep̄i nostri Fortunati, quid ad h̄c dicitis? ab vniuersis ep̄is dictum est, Chrysmatis consecratio, & puellaz consecratio à psbyteris non fiat, vel reconciliare quemq; in publica missa presbytero non licere, hoc omnibus placet.
- G III** ¶ Aurelius ep̄us dixit, si quisquā in periculo fuerit constitutus, & se recōciliari diuinis altaribus petierit, si ep̄us absens fuerit, debet utiq; presbyter consulere ep̄m, & sic periclitantē eius pr̄cepto reconciliare quam rem debemus salubri consilio corroborare, ab vniuersis ep̄is dictum est, placet quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.
- H V** ¶ Felix ep̄us Selemselitanus dixit, etiam si hoc placet sanctitati vestrae insinuo, vt dioeces quae nunq̄ ep̄os acceperunt, non habeant, & illa dioecesis quae aliquando habuit, habeat proprium, & si accedēte tpe crescēte fide dei, populus multiplicatus desiderauerit proprium habere rectorem eius videlicet voluntate, in cuius potestate est dioecesis constituta, habeat ep̄m, secundū aut hanc p̄secutionē sanctitas v̄ra æstimet quid fieri debeat. Genedius ep̄us dixit, si placet insinuatio fratris & coep̄i n̄ri Felicis ab omnibus confirmet, ab vniuersis ep̄is dictū ē placet.
- I VI** ¶ Numidius ep̄us Massilitanus dixit, pr̄terea sunt quamplurimi non bonae conuersationis q̄ existimant maiores natu vel ep̄os passim vagēq; in accusationē pulsandos, debēt tam facile admitti nec ne? Aurelius ep̄us dixit, placet ergo charitati vestrae, vt is qui aliquibus secleribus irretitus est vocem aduersus maiores natu non habeat accusandi, ab vniuersis ep̄is dictū est, si criminofus est, non admittatur, omnibus placet.
- K VII** ¶ Felix ep̄us Selemselitanus dixit, illud aut v̄ra suggero sc̄titati, vt hi q̄ p̄ facinoribus suis de ecclesia pellunt, & ausi fuerint ad comitatū p̄gere, aut ad iudicia publica p̄silire, aut si forsità ecclesiae Catholicę limina cōturbare, ep̄s vel clericus cuiuslibet plebis eos sine cōsensu susceperit, de his qd c̄setis? Epigonius ep̄us Bullēsiū regionū dixit, si qs ep̄us cōionē tenēs Catholicam hmōi hoies vanis blandimētis incedēs temere susceperit, sciat cū his se rectissime deprauatū vel damnatum, Genedius ep̄us dixit, ergo recte suggerunt fr̄es & coep̄i, vt q̄ merito facinorum suoz ab Ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo ep̄o presbytero vel clerico fuerint in cōione suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneat obnoxius, refugientes sui ep̄i regulare iudicium, ab vniuersis ep̄iscopis dictum est, omnibus placet.
- L VIII** ¶ Aliphius ep̄us Ecclesiae Tagastensis legatus puinciae Numidię dixit, nec illud p̄termitteudū est, vt si q̄s forte psbyter ab ep̄o suo correptus aut excomunicatus timore vel supbia inflatus putauerit separatim domino sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra Ecclesiasticam fidē disciplinamq; crediderit agēdum, non exeat impunitus. Valentinus primę sedis puinciae Numidię dixit, necessario disciplinę Ecclesiasticę & fidei congrua sunt quae frater noster Aliphius p̄secutus est, pinde qd exinde videt, vestrae dilectioni edicite, si quis presbyter contra ep̄m suū inflatus schisma fecerit, anathema sit, ab vniuersis ep̄is dictum ē. Si qs psbyter à pr̄posito suo excomunicatus vel correptus fuerit, decet utiq; apud vicinos ep̄os cōqueri vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac p̄ ipsos suo ep̄o reconciliari, quod nisi fecerit, sed supbia (qd absit) inflatus secernendū se ab ep̄i sui cōmunionē duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium deo obtulerit, loco amisso anathema habeat, & locum amittat, nihilominus & de ciuitate & congregatōe in qua fuerit, longius repellat, ne vel ignorantes, vel simplr̄ viuētes, serpētina fraude decipiat, qm̄ sc̄dm̄ Aplm̄: Ecclesia vna est, vna fides, vnum baptisina, & si querimoniam iustam aduersus ep̄m non habuerit, inquirendum erit.
- M IX** ¶ Numidius ep̄us Massilitanus dixit, in quibusdam locis sunt presbyteri qui aut ignorantes simplr̄ aut dissimulantes audaciter pr̄sente & inconsulto ep̄o complurimis in domicilijs agant agenda, quod disciplinę incongruum cognoscit esse sanctitas vestra. Genedius ep̄iscopus dixit, fratris & coep̄iscopi nostri dignafatis factione respondere non moremur, ab vniuersis ep̄iscopis dictum est, quisquis presbyter inconsulto ep̄iscopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.
- N X** ¶ Felix ep̄us Selemselitanus dixit, etiam hoc ad̄icio secundum statuta veterum Conciliorum, vt si quis ep̄us, quod non opinamur, in reatū aliquem incurrit, & fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat à duodecim ep̄is audiatur, & à sex presbyteris, & à tribus diaconibus cum pp̄rio suo ep̄o. Genedius ep̄us dixit, qd ad hoc dicit sanctitas vestra? Ab vniuersis ep̄is dictum est, à nobis veterum statuta debere seruari.

¶ Victor

Concilium Carthaginense secundum. Fo. LXXVIII

XI ¶ Victor ep̄s Abziriditanus dixit, roboranda est Ecclesiastica disciplina, ne quisq̄ ep̄o-
rum alterius plebes vel diocesim sua ip̄ortunitate pulsare debeat, q̄ hoc facere tētauerit quē-
admodū coercēdus est. Genedius ep̄s dixit, & lex sancta phibet, & ipsa veritas definit non
debere quenquā aliena concupiscere. Proinde quid etiam vobis omnibus placeat propria
voce signate, ab vniuersis episcopis dictum est, placet secundum diuinæ legis & sancti Euan-
gelij authoritatem, vt nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

XII ¶ Numidius ep̄s Massilitanus dixit, aliqui ep̄i vsurpatōe quadam existimant contem-
ptu primatē cuiuslibet prouincię, siue ad desiderium populi ep̄m ordinare sine literis ad se pri-
mæ cathedræ manantibus, neq; postea acceptis, quid de hoc statuit sanctitas vestra. Genedi-
us ep̄s dixit, quoniam communis est honorificentia quæ vnicuiq; seruari oportet, idipsum
fraternitati vestræ conuenit pronuntiare, ab vniuersis episcopis dictum est, placet omnibus,
vt in consilio primatē cuiuslibet prouincię tam facile nemo præsumat, licet cum multis epi-
scopis in quocunq; loco sine eius, vt dictum est, præcepto ep̄m ordinare, si autē necessitas fue-
rit tres ep̄i in quocunq; loco sint cum primatis præcepto ordinare debeant episcopum.

XIII ¶ Genedius ep̄s dixit, oīa ergo quæ à vestro cętu gloriosissimo statuta sunt, placet om̄i-
bus custodiri, ab vniuersis ep̄is dictum est, placet vt custodiant ab oībus, Genedius ep̄s dixit:
Si (qd' non opinamur) ab aliquo fuerint violata, qd' statuitis qd' fieri debeat. Ab vniuersis ep̄is
dictū est, q' contra suā p̄fessionē vel subscriptionē venerit, ipse se ab hoc cętu separabit, Gene-
dus ep̄s dixit, gratulemur dño nostro p̄stante quod, p̄ statu Ecclesię Catholicę cūcta nos salu-
bri consilio seruanda decreuimus. Et ideo quæ ab omnibus sunt dicta p̄pria debemus subscri-
ptione firmare, ab vniuersis episcopis dictum est, fiat, fiat, & subscriperunt.

Incipiunt capitula concilij tertij Carthaginen.

- 1 ¶ Vt comprouinciales episcopi de pascha suum inquirant primatem.
- 2 ¶ Vt per singulos annos Concilium fiat.
- 3 ¶ Vt Episcopus priusquam ordinetur, Canones agnoscat.
- 4 ¶ Vt leuitæ & virgines ante viginti quinque annos non consecrentur.
- 5 ¶ Vt sacramentum cathecuminis non præbeat.
- 6 ¶ Vt baptismum mortuis vel Eucharistia non detur.
- 7 ¶ Vt Episcopus accusatus, vbi vel infra quod tempus examinetur.
- 8 ¶ De presbyteris & diaconibus quanti episcopi eos audiant.
- 9 ¶ Vt clerici publica iudicia non appellent.
- 10 ¶ Si à quoquam ab alijs iudicibus Ecclesiasticis ad alios iudices & Ecclesiasticos maio-
ris authoritatis prouocatum fuerit non obesse prioribus diuerfas sententias profe-
rentibus.
- 11 ¶ Vt filij clericorum ad spectacula non accedant.
- 12 ¶ Vt clericorum matrimonijs infideles non socientur.
- 13 ¶ Vt clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.
- 14 ¶ Vt clerici filios suos à sua potestate exire non sinant, nisi ætate & moribus cōpro-
batos.
- 15 ¶ Vt clerici non sint conductores vel negotiatores.
- 16 ¶ Vt clerici non vsurarij sint.
- 17 ¶ Vt cum clericis extraneæ fœminæ non cohabitent.
- 18 ¶ Vt clerici non ordinentur, nisi omnes qui cum eis sunt, fideles existant.
- 19 ¶ Vt clerici cum ad pubertatem venerint, aut coniugium, aut castitatem profiteantur.
- 20 ¶ Vt plebes alienas alius Episcopus non vsurpet.
- 21 ¶ Vt nullus Episcopus alienum clericum audeat retinere vel ordinare.
- 22 ¶ Vt nullus clericus ordinetur, nisi fuerit probabilis.
- 23 ¶ De precibus & orationibus.
- 24 ¶ Vt in sacrificio tantum panis & calix offeratur.
- 25 ¶ Ne clerici vel continentes ad viduas vel virgines soli habeant accessum.
- 26 ¶ Vt primæ sedis Episcopus princeps sacerdotum non appelletur.
- 27 ¶ Vt clerici tabernas non ingrediantur.
- 28 ¶ Vt Episcopus sine formata metropolitani longius non proficiatur.
- 29 ¶ Vt missa à ieiunis celebretur.
- 30 ¶ Vt nullus in Ecclesia conuiuetur.
- 31 ¶ Vt pœnitentibus iuxta peccatorum modum pœnitentia detur.
- 32 ¶ Vt presbyter præter iussa vel absentiam episcopi non reconciliet pœnitentes.
- 33 ¶ De custodia sacrarum virginum.

¶ De bapti-